

cessit? Satis patet illusio in illis, qui ob ineptas causas ab hac abstinentia mania; at numquid minus est metuenda in iis, qui sine fructu quotidie communicant? Idem.

Superbia viciosa est, praesertim ubi de devotione agitur; nobis personam multiplicem induit, ac rebus eam, quam vult, formam, & colorem inducit. Quotidiana communio secum nescio quem distinctionis characterem gerit, qui existimationem apud alios conciliat, & praetaram adfruit ideam virtutis illius, qui communicat. Quotidie sacro admitti convivio, non omnium est: Amor proprius honorem suum quarit in ipsa, etiam humilitate, cumque ea, quae in mundo alios solent afficere, devotam animam minime moveant, in ipsa devotione seruat, quomodo praeterisentescere possit. Neque semper ostentationem querit, sed saepe in semet invenit, unde sibi complectat; & solum suum sibi sufficit testimonium, hac placet devotio, tunc potissimum cum exiguo consistat impendio. Quomodo quidem JESUM CHRISTUM recipiunt; ita assuescunt, & ut ita dicam, cum hospite suo familiaritatem acquirunt. Nulla amplius adest distinctio sentium suorum distinctio; nulla distincta actionum suarum censura, nullus conscientiae metus, qui animam efficiat purior: hac enim omnia praeter primos, eosque paucissimos dies, statim deserunt. Quam metuendum est, ne JESUS CHRISTUS factus singulorum dierum panis, fiat etiam plurimis esca communis! Devotio haec honorem adfert; eidem amor proprius acquiescit, dummodo sibi bellum non indicatur: sed quinam inde fructus percipiunt, si a-

amor proprius semper in sua libertate vivit, & dominatur? Idem.

Optanda esset fides aequae viva, & generosa charitas aequae pura, atque fervens, pietas aequae solida, & perfecta, ac ea, quam olim primi fideles habebant; ut nos cum illis eodem privilegio perfrui possimus. JESUS CHRISTUS fide illis quotidie largiebatur, & Heroes illi Christiani quotidie JESU CHRISTO nova praebebant suae fidelitatis, charitativae argumenta: verum cum nihil non commune in anima invenitur, nisi obstinissima pertinacia, qua vult quotidie ad aras accedere, iurene credi potest, ipsi necessarias dispositiones nequaquam deesse? De ejusdem illusione dubitandum non est. Idem.

Hoc nos honore dignaris, Domine, ut per Sacrorum Mysteriorum tuorum participationem, te ipsum sine nostro recipiamus, sed post divinum hoc opus tales esse deprehendimus, quales antea eramus. Quilibet ad solita sedet negotia, habitus, & solatio, quin ulla in tota vite ratione mutatio appareat; in verbis fucus est, dissipatus, indifcretus, injustus in consiliis, suis obnoxius affectibus; demum qui illius vite genus attentius inspicit, dicat est opus, illud nequaquam obtinuisse vel minimam earum gratiarum particulam, quas tu eidem large, esseque donasti. Quid inde inveniri potest, Domine, nisi quod secundum Simeonis prophetiam tu alius quidem mors es, alius resurrectio. Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum. Abas Trappensis in S. Lucae Evangelium.

Modicus fructus, qui ex communi- one percipitur.

# CONFESSIO.

Sacramentum Penitentiae, & partes illud constituentes.

## MONITUM.

Quod primum admonere oportet pretium duco, illud est, quamvis Penitentiae Sacramentum semper sit cum cognomine virtute conjunctum, non esse tamen cum eadem confundendum: haec enim duo sunt argumenta seorsim pertractanda, quae satis superque rerum copiam suppeditare diversis Concioniis possunt. Similiter, licet peccatoris conversio ab integra, sincerisque scelerum suorum confessione incipiat; hic tamen hoc intuitu spectanda Confessio non est, sed quatenus est Sacramentum & medicina a Deo instituta ad obtinendam remissionem peccatorum, quae post Baptismum patrata fuerunt, in immensum enim opus exeresceret, si hic completi vellemus ea omnia, quae generatim Penitentiam respiciunt. Oportet igitur, ut unice ea videamus, quae ad Sacramentum Penitentiae pertinent, videlicet ad institutionem illius, ad necessitatem, quae peccatores eidem sese subicere debent, ad partes illud constituentes, dolorem ob lesam numeris Majestatem, propositum non ultra peccandi, integram, sinceramque patrorum scelerum confessionem; & eam, quae ob crimina imponitur, satisfactionem.

Secundo loco haud abs re est animadvertere, cum Confessio sit novae Legis Sacramentum, vel si majori huic nomini eam significationem tribuere, quae peculiariter haberi solet, cum sit pars ejusdem Sacramenti; quidquid in Veteri Testamento occurrit, quod eodem nomine appellatur, intelligendum esse de confessione illa, quam semper expectavit Deus a peccatoribus scelerum suorum, antequam eorum ipsi veniam concederet; quae quam semper expectavit generalis est, in quo Sancti Patres saepe de Confessione loquuntur, licet aliis in locis perspicue de illa sermone instituant, quae sit coram Sacerdote absolvendi facultatem habentis. Sed quomodo Confessio coram Domini Ministro facta, Deo ipsi facta censetur, non erit profecto, quia facere Patrum Scriptorumque locis, eos in nostrum argumentum transferre.

Illud autem tertio monendum esse arbitror sum, a nobis ea tantum hoc in argumento allata iri, quae concioni magis propria videbuntur, quin fusius ea persequamur, quae in Catechismis, vel familiaribus instructionibus facilius addiscuntur; satis enim censco admonere, Concioniatori, ubi aderit occasio adhibendas adhortationes esse apud eos etiam qui majori lumine possent, & revocandas identidem in memoriam eorum instructiones magis familiares, sive eas in libris legant, seu has in re memoriae suae exercitationem excitent, ne in eos labantur defectus, qui facile confessionem efficere possunt, vel inutilem, vel sacrilegam.

## PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Concioniis structura in hoc argumento.

**T**ria detertere solent peccatorem, ne ad Confessionis tribunal accedat, & ne utatur medicina adeo salutari, & necessaria? videlicet labor praeparationis, quae ad illam peragendam requiritur, verendum in detegendis sceleribus, abditisque cordis recessibus aperiendis, & difficultas peccati vincula

infringendi: quae tria in triplici Concioniis parte impugnari possunt, offendendo hac efficere non debere, ut a salutari, & felici hac medicina abhorreamus.

Primum quidem labor est peccata ad examen revocare, horribiles imagines memoriae repetere, turpissimarum cogitationum, consiliorumque nequam

indignitatem discutere: Chaos hoc, & has ambages extricare non placet, vel potius arbitramur numquam satis esse extricandas. Verum quid istud? meipsum, inquires, colligere, praeritalque operationes malas recordeatione repetere nequeo; potius ergo in silem persistere cupis, ac a Dei contumelia abstinere non vis. Confessionis cogitationem spiritum perhorrescis, atque speciosum quavis praetextum, ne ex eo emergas statu, in quo misere immergeris. Sed 1. non evitabis discussionem hanc, quae tibi aliquando facienda erit, vel tibi in impenitentia finali moriendum, quod malorum omnium est maximum. 2. Quo magis differes, eo majorem in examine perficiendo nancisceris difficultatem; nova enim quotidie veteribus peccata accumulabis. Similis est agros pharmacam respuenti; sed qui tandem eadem aptare tenetur periculo mortis perterritus; quo tempore & passitur poenam horrois sui & periculi, in quo versatur, & pharmaci, quod tantopere detestabatur. 3. Labor autem sarcinis hujus ferendus longe major est, quod illam deponere non vis. Ulone enim habes discrimine conscientiae stimulos, metum in peccato moriendi, & cogitationem, quod Dei es inimicus, teque illius justitia persequitur? Longe facilius est quam primum suis sese exonerare peccatis, quam illa forevere tot inter conscientiae stimulos cor ipsum indefinenter laniantes.

Secundo pudor peccata confitendi nos a confessione deterret: eos enim qui minori verecundia scelera adnuntiant, magis suppudet, illa confiteri. Huius pudoris laboriosae magnitudine explicabitur; quae nihilominus inanis esse ostendatur, vel saltem eadem maxime leniri probabimus cogitatione illius, cui peccata nostra confitemur. Hic homo peccator est, nostri similis, qui saepe eadem indiget medicina, qui magis infelicitatis nostrae miseretur, quam personas nostras perhorrescat: qui magis admirari debet constantiam, qua pudorem hunc vincimus, quam infirmitatem, qua in peccatum decidimus; qui tenetur secretum servare nunquam temerandum, & qui nulla unquam ex causa uti potest cognitione vite tuae quam recipit ex te; & quem tibi amicum facis eo, quod te ipsum illi credis, atque eundem praeteris eligis, cui quidquid tibi secretissimum est, confidas. Haec omnia sapientissime disposuit Deus, ut confessionem nobis faciliorem efficeret; quod profecto eundem huius auctorem esse confirmat.

Tertia pars est labor, atque difficultas relinquendi affectiones peccati, voluptatum, atque solationum; conatus, qui exerendi sunt, ut habitus praevi confringantur, & ut verbo expeditum, ut tota vite ratio mutetur. Verum si cogitarem, ut nullam nobis salutem, nullam misericordiam sperandam esse, nisi hoc confitendum inierimus, & hanc esse conditionem necessariam, cum venia quam nobis Deus elargitur, conjunctam; a Sacramenti gratia planiorum, facilioremque fieri gressum hunc, quem tantopere metumus; 3. Deum nihil hoc minus expetere posse ab iis, a quibus tot fuit contumeliosis effectus; si cogitarem inquam haec tria, cum S. Augustino experiretur, hunc omnium difficultatum acervum esse phantasmata nos perterrentia, ac minori labore nos Deo inservituros esse, quam in sceleribus nostris, sensumque voluptativum, vitam ducamus.

Valde etiam utilis sermo potest institui de criminoso silentio, quo peccata in penitentiae Sacramento teguntur. Triplex est huius silentii causa, quae triplicem illius quodammodo speciem constituit, & quae concioniis partitionem suppeditat. 1. Silentium ignorantiae; peccata non confitemur, quia eadem ignoramus. 2. Silentium pudoris, & metus, propter quod eadem confiteri non audeamus. 3. Silentium malitiae quo illa dicere nolumus, vel data opera necessarias circumstantias celamus, ne peccatorum natura, atque enormitas intelligatur.

Quod spectat ad ignorantiae silentium his uti possunt Prophetae verbis: Misericordia, & veritas obvertentur tibi. Psalm. 84. Cum veritas de ore peccatoris egreditur, de ore Dei peccata dimittentis erit misericordia: sed hominis silentium obicem statuit huic misericordiae cum hoc silentium ex crassa, affectata, ideoque nefaria ignorantia procedat, quae quidem ex Divi Bernardi Sententia, ex incuriosa conscientiae discussione, & negligentia inquirendi, utrum aliquid peccatum sit, necne, proficiscitur. Ex sciendi incuria, & desidia

discendi. Deinde ostendendum est quam indignum sit silentium ex metu, atque pudore profectum. 1. Quod nullus pudor a peccatis patrandis deterreret, multum vero deterreret ab his confitendis. 2. Quod perfunctoriam timemus verecundiam, neque veremur aeternam, quam aliquando subire tenebimur. 3. Quod non videmus pudorem hunc inane esse; ille enim cui peccata nostra detegimus, & ipse peccator est, & propria doctus experientia hominis miseriam, & infirmitatem agnoscit.

Quod vero ad malitiae silentium pertinet, vel quam scientes, atque volentes gravia peccata reticemus, ostendendum est, quam grave icelus hoc sit, immo potius quam magna sit scelorum omnium farrago. Confessionem non fugimus; peccatum non ex metu, vel pudore celamus; e contra audaciores sumus, & hoc peccatum non esse, vel saltem non ita magnum contemdamus, atque ideo nobis licere patramus illud non confiteri; vel peccata quidem confiteri volumus; sed omnem eorum verecundiam subire detestamur. 1. Eorum gravitatem sexcentis praerexibus excusamus, sexcentisque ambagibus dissimulamus. 2. Generatim illa accusamus sub his nominibus, quae illorum indignitatem involunt, exempli gratia nosmet accusamus nomine immodestiae, levitatis, curiositatis, atque horum nominum integritatem turpissima peccata cooperiemus, quae subdolo nefarioque silentio teguntur.

Utilitas, quam ex confessione recipimus. Hominem in duplici statu considerare possimus; videlicet. 1. In statu peccati, in quo medicinae indigemus; 2. In statu gratiae, in quo magis confitemur.

In primo statu Confessio potissimum, efficacissimumque est remedium tria in nobis efficiens. 1. Scelerum nostrorum adspicius nos humiliat, quae quidem optima est ad veniam consequendam dispositio: Cor contritum, & humilitatum Deus non despicies. Ps. 50. 2. In nobis poenitentiam, scelerumque sincerum dolorem excitat. 3. Efficat, ut ad frugem revertamur.

In altero vero, prohibet ne relabamur. 1. Efficat, ut constantius impollerem adhaereamus Deo. 2. Nos ab his divellit occasionibus, propter quas peccavimus. 3. Iis non subicit poenis, quae nos continent in officio, atque in timore injuriam Domino inferendi.

Confessio lex est, cui peccatores omnes sese subicere debent; lex Divina ab ipso Dei Filio instituta; lex iusta, lex sapientis.

Lex est, cui parere omnium interest peccatorum; lex aequae levis ac severa; & cuius rigor cum summa suavitate & misericordia coniunctus est.

Ubi Sancta fiat Confessio tres praecipue conditiones requiruntur tribus concioniis punctis tractandae.

Conditio prima: peccatorum nostrorum examen diligens esse debet; docendum hic est, quomodo conscientia sit excutienda.

Alteri: Accusatio, & peccatorum nostrorum enarratio debet esse sincera, quin nosmet excusamus, quin proximos accusemus, quin aliquid dissimulemus, quin fucum faciamus illi, quem Dei Filium Judicem in hoc Tribunali constituit.

3. Concilium recedendi a peccato, vitaeque rationem immutandi firmum esse debet, & constans; hoc pariter diligenter explicandum est.

Due praecipui defectus, qui plerumque Confessiones vel malas, vel imperfectas efficiunt.

1. Defectus sinceritatis plerumque confessiones nostras malas efficit. Peccata nostra dissimulamus, circumstantias aggravantes reticemus; propter examinis defectum nonnullorum scelerum obliviscimur; perfunctorie huic Sacramento nosmetipsos praeparamus; cum praestare illud debeamus quod olim Propheta: Recordabo omnes annos meos in amaritudine animae meae. Isaie 38.

2. Doloris defectus efficit ut nullum ex confessionibus nostris fructum percipiamus. Hic explicanda sunt huius doloris qualitates, & conditiones; praesertim vero quomodo antea vitae poenitentia completa ut consilium vite immutandae, atque constans affectuum omnium improborum relinquendorum propositum.

Hoc etiam aliter dividi potest ex priori parte expungendo, quae non adeo directe ad sinceritatem pertinent; & omnia proponendo, ut in partitione sequenti. Desumptum ex manuscripto Sermone.

VII. Rationes propter quas Confessio, quæ quidem utilissimum est remedium, ne inutilis fiat. Prima est, defectus luminis in peccatorum examine. Altera, defectus sinceritatis in accusatione, & Confessione. Tertia defectus doloris, & penitentia.

VIII. Aliud argumentum a precedenti non abhorrens est; scrutari causas propter quas sæpe modicus fructus ex Confessione percipitur.

Prima est quod ad hoc Sacramentum accedimus sine dispositionibus necessariis. Altera, quia nosmet non accusamus, uti oportet.

Tertia, quia non exequimur ea, quæ polliciti sumus, & salutaria Confessarii consilia negligimus.

IX. Pro Concionis argumento; ac partitione duplicem proponere quæstionem possumus. Prima quid sit Confessio, & quid exquiratur in fidei peccata sua confitente. Altera quamnam sint illius partes, vel conditiones absolute necessariae. Duplici verbo; quamnam sit natura, & essentia Confessionis Sacramentalis; quamnam illius regulæ, & conditiones.

Pro prima: Confessio consistit in hoc, ut aliquis 1. Ad Sacerdotis pedes provolutus se peccatorem accuset: 2. Ut non generatim solum se peccatorem dicat: sed singillatim peccatorum numerum, atque speciem in quovis articulo recenseat: 3. Ut explicet etiam peccatorum suorum occasionem, nexus, & habitus.

Pro altera: tres virtutes, vel qualitates ad bonam Confessionem peragendam requiruntur. 1. Sancta simplicitas in peccatis citra dissimulationem, & excusationem aperiendis.

2. Humilitas profunda, ut sese coram Deo nihilum putet. 3. Dolor supernaturalis. Ex manuscripto Sermone.

Possumus etiam hoc nobis proponere, ut labores, & difficultates, quæ in Confessione inveniuntur, leviores, mitioresque ostendamus. Hæ autem sunt. 1. Secretum suum aperire, Confessario detegendo quidquid magis absconditum inest; 2. Honorem suum negligere sua facinora prodendo; 3. Propriam justificationem relinquere seipsum accusando. Contra triplicem hanc difficultatem ostendendum est.

1. Secretum suum confirmari illud aperiendo; secretum quippe Confessionis violari non potest.

2. Honorem, atque existimationem servari, quin eidem officiarum apud ipsum Confessarium, qui nostram humilitatem, animumque admiratur, ubi nostras eidem aperimus infirmitates.

3. Nosmet accusantes reolque declarantes coram Domino justificamur. Itaque secretum confirmamus illud alteri committendo; honorem tuumur ignominiam nostram declarando, & justificationem invenimus, peccata accusando: quod quidem satis speciosum campum aperit, ut de Confessione non communi ratione loquamur, Desumpt. ex manuscripto Sermone.

XI. Pro argumento, ac partitione ea desumere possumus bona, quæ ex Confessione procedunt, easque conditiones, quæ ad utilem, optimamque confessionem peragendam requiruntur.

1. Bona quidem desumi possunt ex his S. Ambrosii verbis, quorum explicatio primam partem occupabit: Confessio peccata remittit; Confessio merita restituit; Confessio vermis aciem obtundit.

2. Conditiones autem afferende, ut bona sit, atque perfecta Confessio, hæ sunt 1. ut serium precedat examen, ut sincera, atque integra omnium scelerum manifestatio subsequatur.

3. Ut verus dolor, & constans propositum sese corrigendi concomitentur.

XII. Ut recta instituat Confessio, atque omnem assequatur effectum, pro quo instituta fuit, tria requiruntur.

1. Opus est, ad nostræ conscientia Tribunal nosmet reos fateri, ut alioquin non evitandam supremi iudicis damnationem evitemus.

2. Vivus concipiendus est scelerum dolor, ut eorum veniam obtineamus.

3. Nobis in nosmetipsos animadvertendum est iusta satisfactione, quæ sit nostris sceleribus inquam proportione respondens, ut severum a Deo alioquin infligendum supplicium evitemus.

XIII. Hi ferme sunt plerumque fidelium defectus in Confessionibus.

1. Peccata sua confitentur, quin eadem se patrafese doleant.

2. Quin ab illis sese procul abstinent polliceantur, atque ab illis inoffensum cavent.

3. Quin digna satisfactione peccata sua expiare contendunt.

Pro Concionis partitione desumi possunt ea verba Regii Propheta: Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies. Pl. 50.

1. Ad Sacramentum hoc corde contrito accedamus; omnesque eas superabimus difficultates, quæ tot Fideles ab huius Sacramenti usu deterrent.

2. Accedamus cum humilitate, omnesque eas evitabimus defectus, in quos tot Fideles impingunt propter pravum huius Sacramenti abusum, ad quod passim accedunt. Hoc in sensu Tertullianus penitentiam appellat profertendi, atque humiliandi hominis disciplinam.

Confessio habenda est tamquam peccatorum nostrorum medicina. Medicina autem bonitas extrinseci hæc nota dignoscitur; Si agat 1. tuto, 2. celeriter, 3. suaviter. Peccatorum igitur, animaque ægrotanti, ac nequam.

1. Penitentia Sacramentum tutum remedium est. Hoc ipse Dei Filius instituit, & ideo æque est infallibile, ac Verbum illius.

2. Remedium est præsens. Statim enim sanat, & nos justificatur statim ac peccata confessi absolutionem recipimus.

3. Remedium est æque leve, ac efficax, quemcumque rigorem, atque difficultatem nonnulli in eodem deprehendant. Desumptum ex P. Girouss in Adventu.

Hoc ipsum penitentia Sacramentum considerari potest tamquam iudicium, quale reipsa est; in quo tria eidem essentialia occurrunt consideranda.

1. Penitens seipsum accusans. Quia igitur ratione seipsum accusare debet, ut misericordiam, & peccatorum suorum remissionem consequatur?

2. Iudex Sententiam profert. Quamnam sunt huius officia, quæ potestas?

3. Sententia prolata. Quotuplici in sensu illa nobis utilis est? Ex eodem.

In illa Salvatoris verba: Quorum remisistis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt: Jo. 30. Hic tria nihil videntur occurrere satis perspicue expressa, & ex quibus concionis partitio fieri possit.

1. Adeffe penitentia Sacramentum ab ipso Dei Filio institutum, quandoquidem ex ipsis verbis institutionis Sacramentum iam esse inferitur, ideoque integram omnium peccatorum nostrorum confessionem esse de jure Divino.

2. Sacramento huius inesse virtutem remittendi omnia peccata, cuiuscumque generis, ac malicie illa sint.

3. Sacramentum hoc maximæ esse necessitatis, cui nosmet subijcere debemus; sed illius necessitatis, quæ infinitam nobis adfert utilitatem. Ex eodem.

Confessio nobis maxime prodest, ut veram peccatorum nostrorum penitentiam efficiamus.

1. Peccatorem humiliat; qui status ille est, quem ab eo exigit Deus, & quæ prima est reparatio, quam Divina Justitia deposcit; quandoquidem per peccatum ille contra Deum insurrexit. Quapropter, ut jam dictum est a Tertulliano, profertendi, atque humiliandi hominis disciplina vocatur.

2. Illi peccatorum suorum dolorem, atque Spiritum contritionis immitit.

3. Rationes illi suppeditat sua expiandi peccata per eam satisfactionem, quæ cum Sacramento conjuncta maximopere efficax est. Ex eodem.

Considerari etiam hoc Sacramentum potest, quantum refertur ad tria personarum genera, quæ eidem intersunt, videlicet quoad.

1. Filium Dei, qui illius est Auctor, & qui Confessionem instituit, ut simul & misericordia, & Justitia sua satisfaceret.

2. Quoad Sacerdotem Sacramenti Ministrum, qui eodem tempore officio fungitur Iudicis, ut de peccatis cognoscat, easque remittat, & Medici, ut animæ peccati vulnera curet, eisque salutaria applicet medicamenta, & Amici, ut saluberrima monita tribuat.

3. Quoad Peccatorem, qui ad hoc Sacramentum necessarias dispositiones, & conditiones debet adferre.

De bonæ, atque fructuæ Confessionis effectibus, 1. Deum

XIV.

XV.

XVI.

XVII.

XVIII.

XIX.

XX.

1. Deum erga nos mutat; ex inimico per reconciliationem perfectam amicum facit; ejus odium in amorem, justitiam in misericordiam convertit.

2. Immutat peccatorem conversione perfecta: criminoso, ac nescio innocens restituit, pollutum inuisumque Deo facit justum ac Numini charum.

3. Mutat peccatum; ac debitam peccato poenam.

XXI. In Penitentia Sacramento considerari potest etiam.

1. Ejus institutio, quæ est de jure divino, & quæ omnes peccatores obligat, ut peccata sua clavibus Ecclesie subiciant;

2. Ejus utilitas, & fructus, quem homines recipiunt;

3. Ratio qua munere hoc perfungi debeamus. Causæ inutilitatis, vel fructus exigui, qui generatim ex confessione percipiuntur.

XXII. 1. Quod vulgo sine necessariis dispositionibus homines accedunt; & quamnam illa esse debeant.

2. Quod sese non accusant, uti oportet, & quam sit defectus, qui in peccatorum manifestatione admittuntur.

3. Quia recte inita confilia non adimplentur, & quamnam sint causæ huius inconstantiæ.

XXIII. In Confessionibus nostris passim in duos errores prolabimur prohibentes, ne illas genuina exicipiat conversio.

1. Est, quod nos esse putamus innocentes, quam sumus, eo quod non satis bene conscientiarum nostrarum lateras perstruimus.

2. Quod nosmet putamus vere penitentes, cum minime simus. Desumptum ex Pare de la Colombe tom. 4.

XXIV. De sceleris celandi peccatum grave in Confessione. In priori parte ostenditur, quam funestum sit in effectibus; in altera vero, quam irrationabile in causis. Desumptum ex Bivort.

XXV. Peccata confitentes infamiam extimescere non debemus, neque vereri nostræ existimationis iudicium.

1. Coram Deo, quandoquidem apud ipsum vera gloria est gratiam, & amicitiam ipsius possidere.

2. Coram Sacerdote nostra scelerata audiente; videt enim etiam lacrymas nostras, humilitatem, mutationem, testimoniam penitentia nostræ.

3. Coram illis, qui te in adione adeo humili inspicunt, qui inde nonnisi ædificationis occasionem possunt accipere.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, Auctoresque unde hauriri copia queat ad proposita concionum sistemata elaboranda.

Quin proferamus Theologos Scholasticos, Catholicos, Controversistas, singulos pro modulo suo argumentum hoc pertractantes, atque infinitos propemodum libellos, Confessionis formularia, vel familiaria ad rite confitendum præcepta continentes; illi qui præ cæteris Conclonatoribus magis professe possunt, hi fere sunt.

Sanctus Ambrosius l. 2. de penitentia ostendit, quam inutile sit celare peccata, & non audere ea patefacere.

Idem libri ejusdem cap. 7. Fideles hortatur, ut peccata confiteantur, & hoc pacto manifestationem eorum aliquando a supremo Iudice faciendam prævertant.

S. Gregorius Magnus l. 11. Moralium c. 19. loquitur de sinceritate, quæ in peccatorum Confessione requiritur.

Idem hoc ipsum argumentum pertractat in cap. Job 36., & lib. 26. Moralium c. 36.

Idem Moralium l. 22. hæc Job c. 31. verba explicans, si abscondi quasi homo peccatum meum; ostendit peccatorum confessionem magnum esse ædium humilitatis.

Idem in cap. 31. Job docet excusationes, quibus peccata tueri, vel imminuere conamur, irritare Deum, eumque sæpe magis, quam ipsa peccata lacerare.

Idem in hæc Psalmi 32. verba; nec est in Spiritu ejus dolus; ostendit Spiritum rectum, sincerum, ac sine dolo eum esse, qui peccata sua non dissimulat; sed ingenus patefacit.

Hendry Bibl. Tom. I.

S. Augustinus Serm. 49. de Verbis Domini in Evang. secundum Joannem docet peccatorum nostrorum Confessionem necessariam esse ad misericordiam obtinendam.

Idem in hæc boni Latronis verba; neque tu times, qui in eadem damnatione es; docet augei peccata ab illa excusante, atque ingenue esse patefacienda.

Idem in Psalm. 66. fufius loquitur de sincera peccatorum Confessione, uti quoque lib. 20. de Civitate Dei cap. 9., & lib. de vera, & falsa penitentia.

Idem in hæc verba Pl. 36. Revela Domino viam tuam, & spera in Deo: in illa quoque Pl. 84. veritas de terra orta est, & in Pl. 95.

Idem Sermone de Confessione discernit adfert inter eam Confessionem, quam per tormenta iustitia extorquet humana, & eam, quæ fit Deo, & Ministris illis.

Idem tandem in Pl. 117. explicat duos varios sensus huius vocabuli Confessionis, quod in Scriptura nonnumquam pro laude, quæ Deo deferitur, & nonnumquam pro peccatorum suorum manifestatione usurpatur.

Sanctus Chrysostomus Serm. de Confes. peccat. prolissam habet ad peccatores exhortationem, ut commissia confiteantur scelerata, eoque efficacissimas rationes proponit.

Idem Homil. 20. in Genes. Dei exaltat misericordiam, qui contentus est sincera nostrorum peccatorum Confessione, ut nobis eorumdem veniam concedat.

Idem Hom. 31. in Epistolam ad Hebræos amplum Sermonem habet de utilitate, quam ex peccatorum nostrorum confessione percipiunt.

Idem homilia de Penitentia ostendit, quanti ferat vincere pudorem, ac metum quo nosmet fontes prodere non audeamus, quod ipsum argumentum pertractat in homilia de Penitentia, & Remissione.

Idem in Pl. 106. Confitemini Domino quoniam bonus, ostendit minus esse peccatum nolle confiteri, quam legem infringere.

Origenes Hom. 3. in Leviticum; ostendit non erubescendum esse peccata commissa confitentibus; sed comittentibus illa.

Idem eandem probat veritatem in capitibus 12. & 13. ejusdem libri Levitici, & in homilia secunda in Pl. 37. & homilia prima in Pl. 36. hæc explicans verba; Revela Domino viam tuam; & in homil. octava in cap. 12. 1. S. Lucæ.

S. Bernardus Epistola 113. explicans hæc verba Pl. 95. Confessio & pulchritudo in conspectu ejus; ostendit, quam placeat Deo sincera peccatorum nostrorum Confessio.

Idem in Sententiis suis, quatuor recenset, prohibentia, ne bona Confessio fiat; videlicet verendum, metum, presumptionem, & desperationem.

Idem de Confessione verba facit in Serm. 1. de Circumcisione; in Sermone de S. Andrea, & in tractatu ad Milites Templi.

Hugo de Sancto Victore cap. 8. tractatus de Remissione peccatorum Confessionis necessitatem confirmat.

Idem in lib. Mixtorum Operum tria scientie genera, & tria, in quibus Confessio consistit, distinguit.

Idem titulo 100. septem memorat gradus, quos perfecta Confessio debet habere.

S. Laurentius Justinianus in tractatu de Spirituali Animæ morte verba facit de Utilitatibus, ac Necessitate bonæ Confessionis, quod uberius persequitur in tractatu de Perfectione religiosa.

Guillelmus Parisiensis in tractatu suo de Sacramento penitentia utilissima adfert ad rem hanc documenta, acriterque eorum errorem impugnat, qui uni Deo confitendum affirmant.

P. Ludovicus Granatensis tract. 2. de Penitentia, septem tribuit monita ad bonam Confessionem peragendam, eosque recenset defectus, qui illam nullam efficere consueverunt.

P. Croiset tom. 1. Considerationum Christianarum.

Pedagogus Christianus part. 2. cap. 15.

Fulvius Andriatus hæc de re integrum edidit librum.

Nicolaus Lancicius opus. 12. fol. 146. 245., & opus. 13. cap. 12.

Bernardinus Rosignolus l. 1. c. 9. 10.

D d d

A. C. C. I. I.

Mar-

Marchantius tract. 5. Candelabri Mystici lect. 6. Canisius in opere Catechistico.  
 Pater Causinus in Aula Sancta l. 3. sect. 9. 10. agit de necessitate, & usu Confessionis.  
 Cardinalis de Richelieu libro de Perfectione Christiana cap. 12., & sequentibus de institutione, necessitate, & utilitate Confessionis verba facit.  
 Pater Gegou in libro, cui titulus, Usus Sacramenti Pœnitentiæ, uberius pertractat quidquid pertinet ad hoc argumentum.  
 Liber, cui titulus Conduite Chrestienne ab Anonymo editus.

Infinitum propemodum sunt Libelli, qui hac de re editi sunt, quos recensere difficultimum esset, & qui nihil agunt, nisi quod aliis terminis, & verbis hoc ipsum repetunt, quod nos de hoc argumento attingimus, & asseremus.

Concilia habet de hoc argumento sermonem.  
 Concilia habet de hoc argumento sermonem.

Thomas Stapletonus Textu. 4. in Dominic. 1. post Pent.  
 Molinier in Dom. 5. Quadrag.  
 Mathias Faber in Dom. 5. Adv. conc. 6. & 7. in Dom. 4. post Epiph. conc. 3. in Dom. 3. Quadrag. conc. 6. 7., in Dom. 4. Quadrag. conc. 3. 4., in Dom. 12. post Pent. conc. 9.

Pater Textier Sermonem pro tertia Quadagesimæ Dom.

P. le Jeune Sacerdos Oratorii.  
 P. Maillon, & ipse Sacerdos Oratorii Serm. 15. Adventus.

P. de la Colombiere initio tom. 4. Sermonum, & in considerationibus Christianis.

Joly propositionem pro quinta Quadagesimæ Dominica, ubi de Paschali Communionem verba facit.

P. Aurelianensis tom. 1. Sermonum, atque instructionum Christianarum in varia argumenta.

P. Malmibourg Sermonem pro feria 6. post primam Quadagesimæ Dom.

P. Duneau Sermonem pro feria 6. post quartam Dom. Adv.

P. Girouil tom. 2. Adv.  
 Dictionarium Morale duplicem habet hujus argumenti concionem.

Auctor Sermonum in omnia Christianæ disciplinæ argumenta tom. 2. Quadrag.

Auctor Sermonum Christianorum Sermonem pro Dom. 11. post Pent.

Morales Sermones in Sermonem hujus argumenti.

De la Font propositionem pro Dom. Palm.  
 Granatenis in locis communibus tit. Pœnitentiæ, & Confessio.

Raynerius de Pisis in Pantheologia tit. Confessio.

Labatha tit. Confessio.  
 Lohner tit. Confessio.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, & applicationes Scripturarum huic argumento.

Vir sine mulier, cum fecerint ex omnibus peccatis que solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, peccatum suum confitebuntur. Num. 5.

Leprosus adducitur ad Sacerdotem, vel ad unum quemlibet filiorum ejus. lb. c. 13.

Fili mi, da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas; & dixit ei: Vere ego peccavi. Josue 7.

Si abscondi, quasi homo, peccatum meum, & celaveris in sanu meo iniquitatem meam. Job 31.

Sacrificium Deo Spiritus contribulatus; cor contritum & humilatum Deus non despicies. Pl. 50.

Iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo. Pl. 37.

Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. lb. 38.

Prooccupemus faciem ejus in confessione. Pl. 94.

Dixi: confitebor adversum me iniquitatem meam Domino; & tu remisisti impietatem peccati mei. Pl. 31.

Delictum meum cognitum tibi facta, & iniquitatem meam non abscondi. Ibidem.

Qui abscondit scelera sua, non dirigitur; qui autem

tem confessus fuerit ea, misericordiam consequetur. Prov. 28.

Ante mortem confitere.

A mortuo quasi nihil, perit confessio. Confiteberis vivens, & vultus tuus janus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaris in misericordibus illius. Eccl. 17.

Pro anima tua non confundaris dicere verum: est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. Eccl. 4.

Non confundaris confiteri peccata tua. Idem, ibidem.

Creata fructum laborum, pacem. lb. 57.

Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum ejus: dolores parturientis veniens ei. Osee 13.

Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis; & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis. Matth. 16.

Vade, ostende te Sacerdoti, & offer pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses. Luca. 5.

Ite, ostendite vos Sacerdotibus. Luca. 17.

Ecce sanus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Joann. 5.

Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hec cum dixisset, insufflavit, & dixit eis: Accipite Spiritum Sanctum; quorum remisistis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. Idem, c. 20.

Multi credentium veniebant, confitentes, & annunciantes actus suos. Act. 19.

Si confiteamur peccata nostra, Deus fidelis & justus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. 1. Joann. 1.

Exempla, vel Figura Legis Antiquæ.

IN Levitico legimus, eum, qui laborabat lepra, debuiste diluta gerere vestimenta, ut omnibus ipsius pateret inimitas: quia quidem egregia est figura illius rei, quam prætere debet ille, cujus anima lepra infecta est, videlicet peccatis coinquinata. Non debet illi sibi vestire alium, ut scelera suorum fœditatem abscondat; debet immo illa detegere, eaque confiteri. Celare scelera sua, idem est, ac nolle curari; & nolle curari, idem profecto ac velle mori. Si silentium igitur, & secretum hac in re mortem inferat; e contra argumentum est, peccatorum Confessionem, & manifestationem nobis vitam conferre, atque efficere, ut novam quadam ratione renascamur.

Supremi in lege veteri Pontificis erat de iis cognoscere, qui corporali lepra infecti existimabantur, ideoque tenebantur isti sese eidem ostendere, quamvis ille mederi non possit. Huic legi Dei Filius alludit, cum ad Sacerdotes misit decem illos Leprosos, qui ad ipsum saltem imperatarii concesserant: ite, ostendite vos Sacerdotibus. Luca. 17.

Modo vero in lege nova Sacerdotes spiritualis lepræ, & Judices simul sunt, & Medici; nemo præter eos huic morbo pharmacum asserere potest, quandoquidem in manibus eorum positum est unicum, præsentissimumque remedium Dominici Sanguinis. Decet ergo, nos tanto minus pudere eisdem scelera nostra detegendo, & quidquid in nobis corruptum, tepidumque est aperiendo; quanto incurabilis illud est, quod superbia & amor proprius abscondit.

Cum Eliseus Naamano præcepit, ut septies in Jordane ablueretur, si lepra mundari veller; Superbus ille Syrus primum quidem consilium contempsit, atque se a Propheta irrideri existimavit: sed cum re infecta reditum jam meditaretur, nescio quis ita ipsum allocutus est; si rem difficilem tibi Propheta imperasset, ea tamen tibi perficienda fuisset, nihilque omitendum; ut eam, quam quaeris, medicinam inveniās. Porro cum præcepit, solum ut Jordani aqua ablueris, cur adeo facile remedium negligis, in cuius periculo faciendum nullam subis difficultatem? Paruit consuleri Naamano, & repente convalescit. Aliquid simile affirmari potest de Sacramentali Confessione. Si nocentes in diuturnis, molestisque vigiliis essent tractandæ, si bona qualibet relinquenda, & in elemosynas eroganda; si trananda maria; corpusque ferro, ac igni obiciendum; ut scelera vestrorum veniam consequeremini; nihil vobis omitendum esset, & omnes licet gravissimæ conditiones vobis essent libenti animo subeunde. Quo igitur potiori iare cum hoc agatur solum, ut scelera vestra cum sincero dolore confiteamini? Notandum profecto est

Leprosi morbum suum aperire tenebantur.

Exemplum David.

est in lege naturæ, & in lege scripta, Deum semper a peccatoribus scelorum confessionem expectasse, antequam illis eorumdem veniam largiretur. Ideo ex quorundam Patrum Sententia, cum interrogavit Adam, & Evam post peccatum, non ideo scelus eorum ignorasse, existimandus est; sed voluisse, ut ipsi peccatum suum confiterentur, paratos omnes eidem penas quas minitatus fuerat, remittere, si bona fide illud confessi fuissent, & e contra latebras, & excusationes non quaesivissent. Idem Sancti Patres hoc ipsum affirmant de Cain. Similiter in lege scripta videmus, cum Dei populus suam infidelitatem agnovit, & confessus est, eidem statim scelorum veniam fuisse permissam, & divinæ justitiæ flagella desivisse. Veluti cum post murmur Hebræorum contra Moysen, in eos immisit Serpentes, quorum morsus dolorem afferere illi similem, quem ignis gignit, & ex quo complures moriebantur: populus ille ad Moysen confugit, & statim, ac illatam a re in ipsum injariam confessus est, repente pena illa cessavit. Sexcenta occurrunt in Scripturis id genus exempla, quæ proferre longum esset.

Exemplum David.

Attamen ex Davidis exemplo percipimus, licet Deus peccatum dimittat quoad culpam post humilem confessionem, doloremque sincerum; ipsum tamen non ideo cessare quominus temporalibus penis illud persequatur. Rex ille post paratum Adulterium, & eadem, Dei verbis a Propheta Nathan monitus, & redargutus fuit: Non dissimulavit ille scelera sua, licet turpissima, atque gravissima, ac statim ex eodem Propheta audit sibi a Deo peccata veniam fuisse concessam; Transiit quoque Dominus peccatum tuum: 2. Reg. 12. Quod tamen accidit cum hac conditione, ut Puer ex scelere conceptus moreretur, atque Divinæ justitiæ flagella non cessarent, nisi Regis peccata penitus expiata fuissent.

Exempla, & Figura Novæ Legis.

Apud Iudeos quædam confessio ad erat speciosa.

IN Evangelio S. Matthæi cap. 3., uti etiam a S. Marco cap. 1. narratur, Sancto Joanne Baptista secus Jordanem penitentia Baptisimum predicante, populos ad vocis hujus rumorem confugisse, & peccata sua fuisse confessos; confitentes peccata sua: quamvis Confessio hæc Sacramentum non esset, quod nondum fuerat institutum; hoc tamen probat, non desivisse tunc temporis apud Iudeos quamdam confessionis speciem, cum ex scelorum suorum cœno emergere, & agere penitentiam meditabantur. Verum cum legimus in Actis c. 19. peccatores ad Apostolorum pedes confluisse confitentes, & annunciantes actus suos; tunc illi exercebant proculdubio, quod Dei Filius de Confessione præceperat, & Apostoli utebantur potestate remittendi peccata, quam acceperant a JESU CHRISTO.

Sacramentum Pœnitentiæ a J. C. institutum.

Hujus Sacramenti institutio liquido per hæc JESU CHRISTI verba probatur apud Joannem cap. 20. Accipite Spiritum Sanctum: quorum remisistis peccata &c. Etenim ut peccata remittas, quatenus Juxta ad id constitutus, utque ea cognoscas, quæ remittenda, vel retinenda sunt quemadmodum Dei Filius loquitur; ea profecto ad unquem sunt cognoscenda, atque ut cognoscantur, necessum est, ut rei illa patefaciant, ita ut de eorum natura, & gravitate possit ferri iudicium. Invidiosissimo huic innixa argumento Ecclesia eam semper potestatem exercuit, quam a Dei Filio recepit peccata dimittendi, eamque legis novæ Sacerdotibus communicavit.

Sacramentum hoc per prophetam Pificam figuratum.

Piscina probatica, de qua loquitur S. Joannes in Evangelio, figura est hujus Sacramenti, quod ad se confugientes a quacumque Spiritualis agritudine mundat, licet gravissima, atque terribissima, Gratia, quam nobis confert, exprimitur ab Angelo aquam illam movente, & cuius morus monebat, tempus jam esse, ut agrotas sese in illam conjiceret. Aqua vero, in quam æger erat immergendus, representat Sanguinem Redemptoris omnia abundantem peccata, omnesque animæ morbos curantem. Morbi ibi submergendis, sunt peccatores curantem suam quaerentes, atque cupientes: Illud vero notatu dignum est prodigium hoc paulo post JESU CHRISTI mortem desivisse, quasi vellet innuere figuram jam infulsum esse, postquam apparuit veritas, hujus nempe Sacramenti institutio.

Houdry Bibl. Tom. I.

Sancti Patres, atque inter ceteros SS. Augustinus, atque Gregorius aliam Confessionis figuram nanciscuntur in Lazari resurrectione, quem Dei Filius omnipotentis verbi viri virtute de Sepulchro excitaverat. Vix enim mortuus ad vitam redierat, cum præcepit Dominus, ut illi auferretur sudarium, quo erat involutus, & solveretur vinculum, quibus pedes, manique illius erant confictæ: Solvite eum, & finite abire. Joan. 11. Hoc autem ex eorum Patrum sententia representat, peccatores, qui interiori Dei voce, atque Divina inspiratione evocati de peccatorum suorum tenebris, tamquam de Sepulchro, resurgunt, & qui per Sanctam sinceramque Confessionem eis exolvuntur vinculis, quibus erant addicti, simul ac Sacerdotis absolutionem acceperunt. Qua in re cum iidem Patribus supponere possumus Salvatorem Apostolis præcepisse, ut resuscitati mortui vincula infringere: quæ quidem figura est potestatis, quam deinceps tradidit illis, & in eorum persona omnibus eorumdem Successoribus, solvendi peccatores divina gratia evocatos, & per proram confessionem de tumulo egressos: solvite, & finite abire. Quod si JESUS CHRISTUS hoc præcepit aliquibus Judæis, qui præter Apostolos tunc aderant, semper imperium hoc illuc præfigebat, quod deinde Apostolis tradidit.

Alia in Lazari resurrectione figura.

In Evangelio prodigi filii reditum ad Patrem legentes veram ibi penitentis peccatoris intuemur imaginem, qui ad Confessarii pedes provolutus sua peccata patefacit: Pater peccavi in Calum, & coram te. Nostis quomodo prodigus hic Patris domum deseruit. Postquam ex eodem pariter suam petiit, in remotas Regiones concessit, ubi brevem bona abigavit. Quid illi in egestate faciendum? ad quem confugiendum? Confessum inquit ad Patrem redeundi, a quo quomodo acceptus fuerat, probe nostis. Statim ac illum Pater eminus prospexit, eidem obvius cucurrit, & quia in exprobrationes erumperet, cor illius mollitum est. Filium ad genus provolutum attolli, amplectitur, osculatur, nova illum veste induit, equis opimum instruit convivium. Hæc aperitissima est Imago rationis illius, qua Deus penitentem excipit peccatorem, qui satis est, ad Confessionis Tribunal accedat, ut omnia sua recipiat, atque ibi vix suam accusationem absolvit, cum iam sequitur absolutio, omniaque ipsi remittuntur peccata.

Humilis, sinceræque confessio exemplaria in Fido Prodigo exprimitur.

Applicationes quorundam Scripturæ locorum.

Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum testa sunt peccata; inquit Regius Propheta Ps. 4. Verum quinam peccata tegere potest? non similitudines, non deserta, non alpina loca: quandoquidem ubique Deus est, apertique oculis omnes, singulaque actiones nostras intuetur, non obscurissimæ noctis tenebræ, iidem enim oculi densissimas etiam tenebras penetrant; neque involubilibus amici prudentissimi fides, quippe omnes hujusmodi precautions apud Deum, quem nihil fallere potest, & qui aliquando omnia hæc iniquitatis mysteria revelabit, inanes penitus sunt. Nostre cupis rationem occulendi peccata, quæ frustra per dissimulationem, atque superbiam contegere studes? hæc una ratio est, inquit S. Ambrosius, ut tumetiple detegas ingenue confitens: illa hoc enim pacto rationem invenies, ita celandi peccata tua, ut de illis impotenter nunquam loquendum sit. Eorumne oblivisceris? reminiscitur Deus. Reminisceris tu? Deus obliviscitur. Illa Sacerdotibus abscondis? ea Deus manifestabit. Temetipsum coram illis accusas te eorum non redarguet Deus æque ac si nunquam illa patrafles.

Peccata nostra Deum saltem nequeunt, licet hominibus abscondantur.

Fides est rationis Sacrificium: qui unicum fidei articulum credere non vult, idem est, acsi nullum crederet. Similiter Scriptura Confessionem vocat Sacrificium laborum: reticere data opera unum tantummodo morale peccatum, Confessio non est, sed Sacrilegium. Contritio est Cordis Sacrificium, hoc autem debet esse holocaustum: si unum tantummodo peccatum addit, quod minime abominabile, hoc efficit Sacrificium tuum non inutile solum, verum etiam abominabile. Non imitandus est Saul, qui Deo immolare noluit, nisi quæ abjectissima erant, pepercit autem Agag Regi, de quo Deus insignem ultionem jubebat affumi.

Si me justificare volueris, os meum condemnabit me; Job 10. Verba hæc ad eos transferri possunt, qui semetipsos accusantes sua excusant peccata, quæ

Ddd 2 ea-

eaque probare contendunt, sed illi ore proprio damnantur: si enim de huiusmodi scelerum reos non sentiunt, cur in Confessione se de eisdem accusant? excusari nequeunt hi falsi penitentes, quorum superbia, impietas, & pudor confessionis effectus impediunt. Seipfos accusant, simulque condemnant, & eodem ore, seipfos tueri conantur.

Verbar omnia opera mea; inquit S. Job c. 9. Quo magis actiones meas scrutabar, eo extimescebam magis; quippe mihi res erat cum Deo, qui minime parcat. Ut digne accedamus ad Sacrum penitentiam Tribunal, opera diligentissime navanda est, & diligent examine nosmetipsos scrutari debemus. In cordis amaritudinae recogitandi sunt omnes anteaque vitæ dies, atque ad recta conscientie Tribunal nihil perperam, atque perfunctorie agredientis omnia curiosius sunt cognoscenda. Perfunctoriam quippe omnibus esse debet, ubi oscitantius, & negligentius flagitia nostra excusserimus, Deum negligentiam hanc periculatorum, atque iudicium hoc nostrum leve, & præceptis reformatarum. Igitur hac in re, quæ præ cæteris una maxime necessaria est, eam oportet adhibeamus diligentiam, quam pro terrenis impendimus.

Non parcam ori meo. Job c. 9. S. Gregorius perfectio penitentium applicat hæc verba S. Job: nam quemadmodum, hic Pater ait, ille, non parcat ori suo neque erubescit confiteri malum, quod fecit; namque non parcare ori, non aliud hic est, quam illud in peccatorum suorum confessione adhibere: ori suo non parcat, qui confiteri malum, quod fecit non erubescit.

Lingua sua mentis sunt ei, cor autem eorum non erat rectum cum eo; Psal. 77. Hæc verba citra dubitationem Confessionem applicari possunt: falsa enim penitentia, quæ fit per Confessionum abulum, mendax est penitentia, in qua ipsi Deo mentimur, cum solum hominis credulitate putemus abutimur. Et addere postquam horum pseudo penitentium cor, nequaquam rectam esse coram Deo; quandoquidem Deus hanc primam a nobis satisfactionem exposit, videlicet peccatorum nostrorum Confessionem, & damnationem: Ecce confitebor ad verum me iniquitatem meam Dominus; quemadmodum idem ait Propheta Psal. 31.

Hominem non habeo. Joan. 5. Hæc verba paralyticus, octavum supra trigessimum annum languentis secus piscinam, applicari possunt peccatori, qui diu in suo peccato delituit, & qui per summam infelicitatem invenit Confessionem immitem sine zelo, sine miseratione, qui terret penitentiam, qui eidem auxilium adferat, ut exoneret conscientiam suam, & cum Deo redeat in gratiam; vel potius peccatori, qui decidit in manus ignavia Confessarii, complacentis, cupidique, qui alia quacunque cogitat præter salutem penitentiam: tunc enim peccator Confessarii potius defectu damnatur, quam suo, atque ut rede loquar, non invenit hominem, qui illud, quo eget, sibi ferat subsidium; hominem non habeo.

Sicut misit me Pater, & ego misit vos. Hæc cum dixisset, iniecit spiritum, & dixit eis: accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata &c. Joan. 20. JESUS CHRISTUS misit Discipulos suos, quemadmodum ipse missus fuerat a Patre. Quomodo autem missus fuit? non solum cum potestate homines iudicandi, verum etiam ligandi, atque solvendi, ut ipse loquitur JESUS CHRISTUS, hoc est peccata remittendi, & minime remittendi: Nonne igitur hæc illa potestas est, quam tradidit Apostolis suis, & Ecclesiæ, quæ in Apostolis erat representata.

Cum protestatur Deus per Prophetam suum, se peccata nostra projecisse in mare, ut aquis penitus abluerentur; nonne videtur alludere Propheta ad ea, quæ dixit Moyses, tunc Dei populum per rubrum mare deduxit? Israelita terrore correpti fuerunt cum persequentem viderunt per maris fluctus exercitum Aegyptiorum cum Pharaone. Quid autem dux eorum? continuit populum, eorumque dissidentiam exprobravit: Neus quid metuitis; timefite infidentes Aegyptiorum copias? Eja oculis convertite; illas respicite: temporis enim momento omnes interibunt: Aegyptios, quos nunc videtis, nequaquam ultra videbitis. Exod. c. 14. Peccatores voluit convertere velletis, sed vos terret numerus peccatorum vestrorum, quæ veluti tot hostes vos persequuntur; at ne animos despondeatis; illa respicite, & quamprimum evanescent. Non me demerges tempestas aqua, neque absorbeat

Quæ cura peccatorum ex mea de in- ditione.

De falsis peccatoribus.

Peccatoribus & solis gradibus distinetur di- peccata quæ est, quam ipse peccator a parte.

me profundum, neque urgeat super me puteus os suum. Psal. 129. Putens, de quo loquitur Propheta, ex S. Augustini Sententia, est huiusmodi iniquitatis profunditas. Qui illuc decidit, profecto in profundum decidit abyssum. Sed si in abyssum lapsus per summam infelicitatem, quæ nihilominus nimis est usitata, peccator delicta sua confiteatur, & vera eorum penitentia ducatur; non claudit Deus os putei super illum, ut omnem inde egrediendi spem auferat, secundum alterum illum Psalmistæ locum: De profundis clamavi ad te Domine &c. Sed contra illi tendit manum, eique suum offert auxilium. Verum si peccator ita lapsus oblatum a Deo auxilium contempserit, tunc Deus obstruit super seculum illum os putei, quia hic os claudit, & scelera sua confiteri detrectat: Ita S. Augustinus hunc Prophetæ locum interpretatur.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & Sententia Sanctorum Patrum in hoc argumentum.

Deus noster, quia pius est & misericors, vult ut peccata confiteamur in hoc sæculo, ne pro illis confundamur postmodum in futuro. Augustinus Hom. 12. ex 50.

Non operari sed aperiri peccata, ut tu operires: non celavi, ut tegeres: nam quando homo detegit, Deus legit; cum homo celat, Deus videt; cum homo agnoscit, Deus ignoscit. Idem, in Pl. 84.

Non confitemini, conscientia sanam collegerat, apostema tuncbat, cruciabat te, requiescere non sinebat; adhibet medicus fomenta verborum, tu agnosce medicum manum, confitere, peccatum exeat in confessione, & exeat sanies. Idem, in Pl. 60.

Si non confessus lateris, inconfessus damnaberis. Idem in Pl.

Cur confiteri erubescis peccata tua? Peccator sum sicut & tu; homo sum; humani nihil a me alienum puto confitere homo homini; homo peccator, homini peccatori. Idem, ibidem.

O homo, quid times confiteri? Illud quod per conscientiam scio, minus scio, quam illud quod nescio, Idem, Serm. ad frat. in Eremo.

Quid est infelicitas, quid perperis, quam de ipso vulnere, quod latere non potest, non erubescere, & de ligatura ipsius erubescere? Idem, de Pen. medic. c. 3.

Sic facit, Deus, ut pulchritudinem vinculi utilitas quedam consequatur. Idem, ib.

In iudicio confitentium permittitur, qui modo nolunt confundi salubriter. Idem, in Pl. 85.

Non te pudeat coram uno dicere, quod non te pudeat forsan coram multis, & cum multis facere. Idem.

Ad hoc Deus exigit confessionem, ut liberet humilem: ad hoc damnat non confitentem, ut puniat superbum. Idem, in Pl. 66.

Melius est coram uno aliquantulum ruboris ferre, quam in die iudicii, coram tot millibus hominum, gravi repulsa denotatum tabesce. Idem, l. 2. de vit. lib. infirm. c. 5.

Millies peccasti, mille pantere; assidue infunde medicamenta. Chryf. in Pl. 50.

Ascende tribunal mentis tuæ, esto tibi iudex: torquet te timor, erumpat confessio. Aug. Hom. 2. ex 50.

Oportet ut oderis in te opus tuum, alioquin non salvabit in te opus suum. Idem, in tract. in Joannem.

Damnaberis tacitus, qui posses liberari confessus. Idem.

Reum constitue te ante te. Idem.

Quomodo potest medicus sanare, quod ægrotus ostendere erubescit? Idem.

Præveniamus eum in confessione antequam veniat: nos confitendo damnemus quod fecimus, ut illi quod coronet inveniat, & non quod damnet. Idem, in Pl. 94.

Sanaberis, si ostendas te medico: non quia ille non videt, si tu ei abscondas; sed ipsa confessio initium sanitatis est. Idem, Homil. 12. ex 50.

Confitere modo quod tu fecisti in Deum, & confiteberis quod tibi fecerit Deus. Quid fecisti; peccata; quid facit tibi Deus confitenti iniquitatem tuam? dimittis peccata. Idem, in Pl. 29.

Qui confiteri vult peccata, ut inveniat gratiam, quarat Sacerdotem scientem ligare & solvere; ne

Quanta- canque nostra sine scelerum, Deus in Confessione, ne coram veniam largitur.

cum negligens circa se exiteris, negligatur ab eo, qui cum misericorditer monet. Idem, de vera Penitentia.

Nemo sibi dicat, occulte ago apud Deum. Ergo sine causa dictum est, quæ solvitur in terra, erunt soluta & in Cælo? Ergo sine causa sunt claves datæ Ecclesie Dei? Frustramus Evangelium, frustramus verba Christi. Idem, Hom. 49. ex 50.

Qui peccata sua occultat, & erubescit salubriter confiteri; Deum, quem iudicem habebit, habebit & altorem. Idem, Serm. 66. de tempore.

Tu factus es peccati tui defensor: quomodo erit Deus Liberator? ut ergo sit ille Liberator, esto tu accusator. Idem, in Pl. 63.

Præveniamus eum; ne ipse nos præveniat: post confessionem non afferet ultionem, si & tu post confessionem non repetas iniquitatem; præveni antequam præveniaris. Idem, in Pl. 34.

Multis assidue se dicunt peccatores, & tamen delat eos peccare: professio est non emendatio; accusatur anima non sanatur; pronuntiat offensam, sed non tollitur. Idem, Sermone de Nativitate Domini.

Nemo mihi dicat: ago penitentiam in corde. Ut tibi calum aperitur, aperti os tuum Sacerdoti: hæc sola est porta paradisi. Idem.

Ex misericordia præcipit Dominus: ut nemo penitentem in occulto: in hoc enim quod per scriptum dicit Sacerdoti, & erubescit tunc timore Dei offensam, sit venia criminum. Idem, l. de vera & falsa Penitentia.

Quid est peccatorum confessio, nisi quedam vulnere ruptio? Greg. Hom. 24. in Evang.

Vulnera clausa plus cruciant. Idem, l. 7. Mor. c. 17. Adam & Eva requisiti fuerant, ut peccatum quod transgrediendo commiserant, confitendo delerent. Idem, l. 2. Mor.

Virus peccati salubriter aperitur in Confessione, quod pessime latebat in mente. Idem, Hom. 40.

Hæc sunt vera humilitatis testimonia: & iniquitatem suam cognoscere, & cognitum voce Confessionis aperire. Idem, l. 22. Moral.

Plerumque graviores certaminis est, commissa peccata prode, quam non admittit vitare. Idem, ibidem.

Qui promereri vult quod expetit, debet malum confiteri quod fecit: valde enim facile est ut peccatorem se quisque fateatur, cum nihil pro peccato suo patitur. Idem, l. 8. Mor.

Qui corde non convertitur, quid prodest ei si peccata sua confiteatur? Idem in Pastoral.

Miratur in sancto Job castitatis continentiam, miratur integritatem iusticie, miratur viscera pietatis; ego in eo non minus admovor confessionem humilissimam peccatorum, quam tot sublimia gesta virtutum. Idem, l. 22. Mor.

Peccatum tale debet esse in confessione, quale fuit in operatione. Idem, l. 5. in 1. Reg. c. 14.

Qui se accusat, etiam peccator sit, iustus esse incipit: cessat enim vindicta divina, si confessio præcurat humana. Ambros. in Pl. Beati immaculati in via.

Compendium omnium peccatorum, confessio. Idem. Si vis justificari, fateere delictum tuum; solvit enim criminum nexus verecunda confessio peccatorum. Idem, l. de Pen. c. 6.

Si te ipse accusaveris, accusatorem nullum timebis; si te detuleris ipse, est mortuus fueris, reviviscet. Idem, l. 2. de Pen. c. 2.

Qui jacet in tenebris conscientie; & delictorum tuorum foribus, exi foras, delictum proprium prode, ut justificeris, ore enim confessio fit ad salutem. Idem, ibidem.

Remedium nostrum, sæpe triumphus diaboli. Idem. Erubescere debemus & emendare peccatum, non defendere; quoniam pudore culpa minuitur, defensione cumulat. Amb. l. de Cain & Abel.

Nihil homini utilius, nihil salubrius, quam ut statim post peccatum, confessionem peccati non differat. Hier. in Reg.

Oportet Sacerdotem, cum peccatorum audierit varietates, scire quid ligandum, quid solvendum sit. Idem, in c. 16. Math.

Quid horres fateri, quod libenter ac proptere commisit? Idem, Epist. 4.

Sententiam seroi corriget Dominus; & pax ista pericula dantibus, accipientibus nihil omnino profutura. Cypr. tract. de lapsis.

Exomologesim fatiens conscientie, animi sui pondus exponunt. Idem, ibid.

Si erubescat ægrotus vulnus medico confiteri; quod ignorat medicina, non curat. Hier.

Tantum revelat confessio delictorum, quantum dissimulatio aggravat. Tertull. lib. de Penitent. cap. 19. Penitentia est humilis faciens & profrenandi hominis disciplina. Idem, ib.

Cum sua erubescencia peccent. Idem, ib.

An melius est damnatum latere, quam palam ab solvi? Idem, ib. c. 10.

Quid confiteri casum tuorum fugis? Idem, ib. cap. 9.

Ut nobis conderentur exempla confitentium potius delictorum, quam negandorum, & jam tunc initiatur Evangelica Doctrina. Idem, l. 2. contra Marcionem. Loquitur de Adam, & de Cain.

Exomologesim est, qua delictum Domino nostrum confitemur; non quidem ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessione disponitur. Idem, lib. de Penitentia.

Plerumque hoc opus, ut publicationem sui aut suffugere, aut de die in diem differre præsumo, pudoris magis memores, quam salutis. Idem, ib.

Exomologesim est, Presbyteris adhiberi, ut temporali afflictione, æterna supplicia expungat, cum igitur proculsit hominem, magis revelat; cum accusat, excusat; cum condemnat, absolvit. Idem, ibidem.

In forensibus iudiciis, post confessionem vitæ & mors; apud dominicum autem tribunal, post confessionem criminum datur corona. Chryfot. Serm. de Penitentia.

Sacerdotibus, non corporis lepram, verum animæ fordes, non dico, purgatas probare, sed purgare profusus concessum est. Idem, l. 3. de Sacerdotio.

Cum nosset Satanas quia peccatum verecundiam habet, Penitentia fiduciam, ordinem reprobus commutavit & invertit; Penitentia dedit verecundiam, fiduciam peccato. Idem, Proem. in Iliam.

Illis non iudex, sed Advocatus est Christus, qui se propria confessione damnarunt. Cassiodorus in Psal. Confessio sanat, confessio iustificat, confessio peccatis veniam donat: omnis spes in confessione consistit: in confessione locus misericordie est; nulla tam gravis culpa, quæ per confessionem non habeat veniam, Iliodorus, l. 1. c. 10.

Novum iudicii genus, in quo reus si excusatur, condemnatur, si accusat se, absolvitur. Zeno Veron. Serm. ad Neophytos.

Non remanet in iudicio commendandum; quod fuerit confessione purgatum, Sanctus Leo Papa in Sermone.

Proximam ad innocentiam tenet locum, verecunda peccati confessio. Valerius in Serm.

Ex eo unusquisque iustus esse incipit, ex quo sui accusator extiteris. Iliodor.

Quibus malum facere pudor non est, & pudor est confiteri. Chryfot. Serm. 34.

Eorumdem criminum accusatores, & excusatores. Salvian. l. 3. de Gubern.

Ex retentione & oppressione peccati, nascitur cordis obstinatio, Petrus Bleiensis.

Gehennam recordamini, quam vobis exomologesim extinguit. Pacianus in Parænesi ad Pen.

Qui claves regni caelorum habentes, ante diem iudicii iudicant. Hieron. Ep. ad Heliodorum. (Loquitur de Sacerdotibus.)

Omne quod remordet conscientiam confitere humiliter, pure, fideliter. Bern. Serm. 16. in Cantic.

Si forte pudor est tibi, tui homini & peccatori peccatum tuum exponere, quid facturus es in die iudicii, ubi amicus exposita tua conscientia patebit? Idem in Sententiis.

Confessio peccatoris, est vita; iusti, gloria: & necessaria est peccatori, & iustus nihilominus decet. Idem, Ep. 14.

O perveritas! non pudeat inquirari, & abluui pudeat? Idem, Ep. 183.

Omnis spes veniæ & concordie est, in confessione vera: simulata namque confessio non est confessio, sed duplex confusio. Idem, in Med. c. 37.

Cur te pudeat peccatum tuum dicere, quem non pudeat facere? cur erubescit Deo confiteri, cuius oculis non potest abscondi? Idem, in Sentent.

Sit vera compunctionis indicium, opportunitatis fuga, subtractio occasionis. Idem, Serm. 1. de Refurted.

Peccator delet seipsum diligenter excutere, & conscientie suæ sinus omnes & latebras explorare. Concil. Trid. Sess. & Can. 5.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologie fontibus ad hoc argumentum hauriri potest.

Confessio  
an Defectio,  
natura.

Sacramentalis Confessio est propriorum scelerum accusatio ob eorumdem veniam assequendam virtute clavium Ecclesie traditarum. Dicitur accusatio; namque in Confessione peccata per ostentationem enarranda non sunt, quasi inde gloriam aucupemur; neque per narrationis modum quasi narraretur historia: sed nosmet humiliter, & cum dolore accusando facti poenitentia ducti confiteri debemus. Definitionem hanc licet aliis terminis expressam SS. Patres fecerint. Ita S. Augustinus Confessionem definit occulti peccati accusationem cum venie obtinenda spe, & S. Gregorius peccatorum suorum detestationem: quod cum in priori definitione continetur ab illa recedendum non est.

Quibus  
confite-  
dum sit.

Cum Dei Filius Sacerdotibus potestatem contulerit retinendi, remittendique peccata; liquet, eos simul ab eodem iudices effectos fuisse. Quemadmodum enim Tridentinum Concilium animadvertit, de nulla re verum ferri iudicium potest, quacumque tandem illa fuerit, nisi illius cognitio perfecta habeatur; neque in poenis, quae peccatoribus sunt infligendae, servari possunt iustitiae regulae, nisi perfecte scelerum qualitas cognoscatur; ideoque necessarium est, ut per poenitentium Confessionem Sacerdotes omnia eorum peccata singillatim intelligant, ut de illis iudicare, iisque aptas penas imponere possint.

De Sacra-  
menti Pe-  
nitentiae  
necessitate.

Non satis est credere Confessionem a JESU CHRISTO fuisse institutam, credendum est quoque huius usum ab eodem iustum fuisse, tamquam omnino necessarium: cum peccator post mortale facinus nequeat aliunde animae suae vitam recipere. Hoc ipsum idem Salvator liquido docuit, cum per Regni Coelestis Claves potestatem expressit Sacerdotibus huius administrandi. Nam quemadmodum ingredi nemini licet eum locum, qui circummundique clausus sit, nisi claves habentis auxilio; ita in Coelum admitti non possumus, nisi Sacerdos, cui Saluator illius Claves tradidit, nobis portas aperiat; quod si aliter fieri posset, liquido patet, usum clavium nullius necessitatis in Ecclesia futurum. Frustra enim Sacerdos, cui clavium potestas commissa est, alicui Coeli aditum intercluderet, si alia via eo pervadere posset. Hoc docent SS. August. Homil. 421., & Ambrosius l. 2. de Poenitentia cap. 3.

Sacramentalis Confessio liberat de morte peccati, seu quod in sensu magis proprio, in quo illam iustitiam accipimus, Sacramenti poenitentiae ab hac morte liberantis, partem constituit; seu quod magis particulariter secundum S. Thomam. suppl. q. 10. a. 1. in ea Confessione, qua poenitens Sacerdoti sua patefacit crimina, Sacramentum hoc non solum conficitur, verum etiam perficitur, poenitentia in quantum est Sacramentum praecipue in Confessione perficitur; videlicet quatenus per Confessionem peccator se subiicit Ministris Ecclesiae, qui possunt absolvere, & hoc vite Sacramentum administrare debitam imponentes satisfactionem prout e re magis futurum censuerint. Ad hac poenitentiae Sacramentum gratiam confert, unde culpa remissio resultat. Oportet igitur, ut Confessio, quae participes primi effectus est in altero quoque cooperetur, atque in aequali usu ipsius ab ipsa culpa remittatur, hoc tamen supposito, quod culpa a solo dolore ante remissa non fuerit, quod accidit cum praecedens contritio imperfecta tantummodo est, videlicet cum est simplex attritio; quod si per contritionem perfectam culpa remissa fuerit, tunc actualis Confessio gratiam adauget, dummodo poenitens obicem non statuat. Imo eadem Confessio contulerit aliquid contulisse virtualiter, ut dicunt, ad celeriorum criminum remissionem, quae pleno dolore obtinetur: eo enim in casu contritio vim solum habet; quatenus in sinu suo involutam continet Confessionem per desiderium, quod poenitens vera ductus poenitentia fovere debet, scelera sua Sacerdoti patefaciendi.

Peccata  
externa  
mutat in  
tempore-  
lem.

Ob eadem rationes Confessio vim, virtutemque habet liberandi ab aeternis suppliciis mortali peccato debitis, eaque in temporales penas mutandi ita diminutas, atque attritas mirabili Sacramenti huius efficacia, ut fiant quodammodo pares viribus, at-

que virtuti poenitentis. Licet enim hoc debitum, si illius solutio in alteram vitam referretur, nos omnibus purgatorii flammis obicit, tamen virtus clavium efficit, ut illud mitius in hac vita possimus dissolvere; quod fit etiam per jejunia, preces, elemosinas, mortificationes, caeteraque bonorum operum species.

Si Confessio consideretur simpliciter in poenitente, peccata sua confitente, atque virtutis actum elicente, hunc iam liberat parte poenae temporalis debita peccatis, cui a Sacramento peccator obstrictus relinquebatur, iniquitate tantummodo quoad culpam aeternamque supplicium remissa: hoc autem facit, quia propter annexam verecundiam, & ipsa habetur pro supplicio, & quemadmodum quodlibet supplicium sponte susceptum imminuere potest debiti reliquias, quandoquidem eidem vis inest satisfaciendi; hinc oritur, ut quo saepius peccatum ipsum confitemur, iam in praecedentibus Confessionibus dimissum, eo magis poena debita peccato imminuitur.

Ut salus nobis redderetur faeilior, Dei Filius confessionem, & poenitentiam Sacramentum instituit; licet enim non disiteamur, peccata per contritionem deberi; nihilominus cum omnes consentiant ad id requiri, ut tanta fit, tam vehemens, atque ardens, ut dolor, quem gignit in anima, par sit scelerum magnitudini; cumque nihilominus paucissimi illi sint, quorum dolor hunc perfectionis gradum pertingere valeat, idcirco paucissimi essent, qui hac ratione criminum suorum veniam consequi possent. Necessarium igitur fuit, ut Deus, cuius infinita bonitas est, atque misericordia, alia ratione magis facili omnium hominum saluti prospiceret, quod ille profecto miram in modum praestitit Ecclesiae tradens claves Regni Coelestis. De hinc enim est, eum, qui scelerum suorum dolore tangitur, ac in eadem se imposterum minime relapsum pollicetur, virtute clavium eorum veniam consequi; postquam Sacerdoti eadem auferret, ut per se ad veniam consequendam succurreret. Constans hac est SS. Patrum doctrina uno ore docentium, per Ecclesiae Claves Coelum nobis aperiiri; de quo ambigere nefas est, postquam Florentina Synodus definit, peccatorum remissionem effectam esse huius Sacramenti.

Sacramentalem Confessionem necessarium esse ad peccatorum veniam consequendam; eaque a JESU CHRISTO institutam fuisse, duae sunt veritates a Tridentino Concilio definitae, quae Ecclesia Catholica semper docuit, ut liquet ex innumeras SS. Patrum locis, qui palam declarant Sacramentalis confessionis, quam nonnulli secundum Graeci vocabuli explicationem Exomologesim, vel Exaggesim appellant, legem habendam esse tanquam Evangelicam a JESU CHRISTO institutam; cui propria auctoritate adiecit Ecclesia solemnes caeremonias, quae licet effectuales non sint, plurimum tamen conferunt ad illius praefantiam, atque dignitatem significandam; & per eam pietatem quam poenitentibus inspirant; illos disponunt ad scelerum suorum veniam a Deo celerius consequendam. Haec autem caeremoniae sunt sese ad Sacerdotis pedes abicere, capite aperto, junctis manibus, supplicis instar, alique id genus quae Confessioni effectuales minime sunt.

In lege naturae Confessio Deo uni fiebat; ideoque, ut animadvertit Tertullianus, post primorum Parentum peccatum eos Interrogavit Deus, quasi incertus, ut daret eis locum confitendi, & hoc nomine revelandi. In lege scripta non Deo tantum, verum etiam sacerdotibus fiebat Confessio; nam quemadmodum legitur in Levitico, peccatores Sacerdotum opera offerre debebant varia sacrificia, pro varietate, & gravitate peccatorum, quae sane Sacerdotibus explorata esse non potuissent, nisi peccatores iisdem ea declarassent.

Narrat S. Mattheus, peccatores S. Joannis predicatione commotos, antequam ab eodem aquis abluerentur, eidem peccata sua fuisse confessos; Baptizabantur ab eo, in Jordanem confitentes peccata sua. Certum nihilominus est, licet Sancti Joannis baptisma traderetur, illud tamen minime contulisse gratiam, neque remissionem peccatorum peperisset; non enim erat Sacramentum, sed dispositio ad Sacramentum JESU CHRISTI instituendum. Hoc ipsum dici potest de Confessione ab hominibus illis coram fante hoc viro habita, quae non erat Sacramentalis confessio, quandoquidem Sacramentum

Confessio  
salutem  
efficit fa-  
ciliorum.

Quam  
vis Con-  
fessio in  
legibus,  
naturae,  
scripturae.

De tem-  
pore, quo  
confiteri  
tecemur.

hoc nondum erat institutum; ideoque S. Joanni Baptistae non secus ac omnibus legis antiquae Sacerdotibus non alia facultas erat, quam pro peccatoribus deprecandi, eoque hauriendi, ut per contritionem scelerum suorum veniam consequerentur.

Tridentina Synodus ejaculatur anathema in eos omnes, qui dixerint, fideles non teneri ad peccata quotannis confitenda? Si quis dixerit ad Confessionem non teneri omnes Christi fideles semel in anno; Anathema sit. Quamvis autem hoc Ecclesiae praecipio non tenerentur fideles, nisi semel tantum in anno peccata sua confiteri; attamen, qui salutem suam certam facere cupit, toties confiteri debet, quoties vel in periculo mortis constitutus est, vel aliquid operari debet, quod cum peccato simul esse non possit; puta Sacramentum aliquod vel administrare vel recipere. Praesertim vero ad Confessionem confugiendum, ubi grave aliquid peccatum commissum fuerit, ne Daemoni, & peccato relinquantur mora sese roborandi munitendique, & ne Deus insigni aliquo supplicio animadvertat, & peccatorem derelinquat, vel aliis spiritualibus poenis afficiat, quae subsequuntur ipsum peccatum, quorum catena admodum periculosa est, atque non congruit, ubi in seclera permaneamus; efficitque, ut conscientia simul neglectis, sibi perverremus. Donec scelus grave nobis videatur, hi quidem stimuli sensibiles sunt: sed ubi eos negligis, atque ad poenitentiam, commune remedium, confingere differis, metuedum est, ne quamprimum callum ducatur.

In Con-  
fessione  
re-  
tine-  
re  
de-  
betur  
de-  
bitum  
de-  
bitum  
de-  
bitum

Neque sufficit, mortalia peccata confiteri; notanda sunt etiam circumstantiae, quae singula peccata comitantur & eorum improbitatem vel aegritudinem vel munitur. Non enim desunt circumstantiae adeo insignes, quae efficere possint, ut actio aliqua sit mortale peccatum. Ita qui alterum interfecit, patefacere debet, utrum Ecclesiasticus ille fuerit, an laicus; qui se furti nomine accusat, furti qualitatem debet significare. Qui enim e.g. aureum nummum subtrahit est, longe minus est nocens, quam qui ducentos, sexcentosve surripuit, ille vero alicui nocentior, qui tem Deo sacrum co, ubi huiusmodi circumstantiae aegritatem peccatum, ita ut moraliter iudicandum, & secundum communem hominum sensum, re ipsa fiat aequivalens duobus vel pluribus aliis peccatis; seu quod circumstantiae non speciem, sed numerum dumtaxat peccatorum multiplicent. Animadvertendum est tamen circa circumstantias aggravantes, quae mutant speciem peccati (qualis exempli gratia est materiam forepae qualitas, cum ea res sacra est, quae circumstantia efficit ut actio illa non sit simpliciter furtum, sed sacrilegium;) nullam occurrere dubitationem; quilibet enim poenitens hac in re ad unquam omnia plana facere debet; ita decernente Concilio. In aliis vero circumstantiis, quae peccati speciem non mutant: puta in furto graviore, minorique propter materiam quantitatem, non deest aliqua difficultas. Verumtamen si consideretur, Concilium non minus exigit, ut gravium peccatorum numerus declaretur, quam species; & centum aureorum furtum pluribus aliis aequivalere quae seorsum fieri possent; & quae singillatim grave esse possent peccata intra summam eandem; patebit facile, cur omnibus rite exploratis nemo sincerus poenitens tutus esse possit, nisi omnia dixerit praeter, propter, quomodo ab ipso facta fuerunt: idque non solum cum gravis est differentia, sed quocumque talis est, ut moraliter sufficere possit ad peccatum gravius efficiendum.

Confessio  
integra  
esse debet.

Opus est proculdubio confessionem integram esse, atque perfectam; hoc est peccata omnia mortalia, quantumvis turpia, & secreta, Sacerdoti sunt aperienda; venialia enim, per quae divinae gratiae iacturam non patimur, & quae saepius committuntur, licet optimam, atque utilissimam sit, ea confiteri, quemadmodum piorum hominum praxis ostendit; nihilominus circa peccatum omitti in Confessione possunt, pluribusque aliis modis possunt expiari. Hinc tamen duae quaestiones oriuntur, quas hoc in loco attingere oportet. Prima est: utrum semper teneatur explicite omnia declarare mortalia peccata, quae parvulus, neque difficile est respondere praeter nonnullos necessarios, immo etiam merè impossibilitatis casus, qui generatim satis cognitum sunt, & qui in libris melius videri possunt, Confessionem integram

esse debere. Altera est: utrum in occasionibus, ubi moribus exempli gratia, urgens periculum, realis memoriae defectus prohibent; ne Confessionem hanc tribuamus integritatis speciem; quae materialis vocatur, atque peccatori permittitur, ut formalem sequatur, quae in hoc consistit, ut ea quae possunt, peccata dicantur cum sincera intentione cetera accusandi, si liceret: utrum inquam in huiusmodi occasionibus vere obtineri possit veniam peccatorum omnium gravium, quae non profertur; quandoquidem non desunt quaedam ad quae ne animam quidem advertimus; & alia quae absolute ignorantur. Quaestioni huius respondendum, necessarium esse, ut dolor, atque propositum generatim saltem omnia peccata respiciat; ideoque diligenter audiendos esse Theologos docentes, dolori proponendas esse causas maxime supernaturales, & quae ideo magis lae e patent, ac magis universales sunt. Hoc ipsum venialibus etiam peccatis aequo modo potest applicari, si ex confessione eum omnem fludes fructum percipere, qui potest hauriri.

Nemo necesse, Confessionem in poenitente tria necessario requirere, sine quibus nulla est, & saepe etiam sacrilega; videlicet: 1. dolorem supernaturalem, omniumque peccatorum detestationem cum proposito ea iterum non perpetrandi; 2. integram, sinceramque omnium mortalium peccatorum confessionem, & tandem satisfactionem, quae tamquam pars integrans solum requiritur. Cetera Confessionum respiciunt.

Contritio dolor est, atque detestatio commissorum scelerum conjuncta cum voluntate eadem impellerem minime committendi: La illum definit Tridentina Synodus sess. 14. & paulo post de contritionis motu loquens addit: ita illa preparat ad peccatorum remissionem percipiendam, si sit cum confidentia in Dei misericordiam conjuncta. Hinc inferendum est, Contritionem non solum consistere in hoc, ne ultra pecces; vel ut consilium inedas vitae novae amplectenda; vel etiam illam adu amplectaris; sed peculiariter, ut transactam vitam detuleris, eamque expandi rationem suscipias. Cum definit Concilium, contritionem esse dolorem; videndum est quomodo ex hunc dolor hic emanare iubeatur. Non petit necessario externum, sensibilemque dolorem; alioquin dolor quaereretur in sensibus, atque in iis internis facultatibus, quae ab illis dependunt. Immo neque ex his tantum ex prima causa, atque origine dolorem vult proficisci. Haec actio voluntatis est, & profecto certum est, dolorem hunc tantum esse debere, ut major excogitari non possit. Nulla alia facultas eum suppeditare dolorem potest, quem potest voluntas proferre; nulla enim praeter hanc tantam conatum exerere valet, nec tantum operari. Perfecta Contritio est actus charitatis esse debere, mensuram praeter charitatem, & quemadmodum Deus super cetera mandavit esse, ita etiam pro virili peccatum summo odio prosequendum. At quam alia hominis facultas praeter voluntatem hoc efficere potest? Aliae quidem facultates agere debent; sed per motum voluntatis & ab ea dependentes?

Cum nemo unus ignoret, quid intersit discriminis inter Attritionem, quae Contritio imperfecta vocatur, & eam, quae perfecta est, atque simpliciter contritio dicitur; notandum dumtaxat est, non omnem peccati dolorem cum ipso etiam Sacramento conjunctum satis esse posse, nisi ob supernaturalem causam concipiatur, qualis est videre nos per peccatum ab aeterna felicitate decessi; aeternisque subici inferiorum supplicii; vel denique inveni peccati eiusdem deformitatem, quatenus illud divinae legi oppositum est. Ceterum hic dolor omnem peccati affectionem excludere, atque complecti debet validum sincerumque de non ulterius peccando propositum. Hinc autem est, quod peccatorum suorum dolorem concipere eo quod nos temporalibus bonis exuant, vel infortunis subiciant, vel morbis, similibusve poenis torquendos tradant, vera Attritio non est, quae nos in Sacramento ad justificationis gratiam recipiendam disponat, quem vere attritionis effectum esse, Synodus Tridentina decrevit.

Quod spectat ad scelerum nostrorum accusatio- nem & declarationem, quae pars altera est Sacramenti poenitentiae, & quae proprio nomine Confessio vocatur; praeter ea quae a nobis dicta sunt, scire debemus, quod lethale peccatum reticere, non

De com-  
municatio-  
nem peccato-  
rum delo-  
ret.

De Attritio-  
ne, &  
quoniam  
quoniam  
quoniam  
quoniam

Quam fecerit  
peccator  
in  
confessione  
non  
satis  
satis

solum abolitionis obstaculum est, sed novum peccatum, & sacrilegium; quia Sacramenti hujus Sanctitas violatur, atque eisdem significatio inanis efficitur. Quia in re duo sunt supponenda; primum a Deo peccatum aliquod sine altero nunquam dimitti, nullum enim peccatum gratia pati potest; alterum a Deo peccatum non dimitti, nisi peccatum illud fuerit confessus, hoc tamen supposito, quod illius meminisse peccatum aliquod reticere? cum in Confessione peccati, ideoque ceterorum etiam, impeditur peccati hujus, ideoque ceterorum etiam, absolutio; si enim unum remanet, remanent omnia, eisque accessio fit novi sceleris, quod reliquorum gravitatem exuperat.

De Satisfactione.

Satisfactio partem efficit Sacramenti poenitentiae, licet tantummodo integrantem, ut eam vocant. Haec autem a sacerdote imponi debet ad poenitentis peccata explenda, qui eandem recipere debet cum firmo, constantique proposito non ulterius peccandi. Et constat ratio, licet enim Deus semper in poenitentia Sacramento, & per sacerdotis abolitionem peccati culpam, & mortis aeternae debitam poenam remittat; attamen certum est non semper peccati reliquias, ac temporales poenas peccato debitas remitti, quemadmodum Tridentina Synodus docet, & ex pluribus Scripturarum exemplis innoscit. Praeterquamquod divinae justitiae, atque bonitatis interest, non permittere, ut peccata nostra nobis poenitentia remittantur, quin ulla fiat satisfactio, ne inde arripiatur anxia credendi, peccata minora esse, quam revera sunt, & ne in graviora scelera proruarit ubi sese obulerit occasio. Poenitentiam autem a Confessario irrogatam hilares debemus accipere, si eidem explenda pares sumus; si enim alicui jejunia nimis austeria infligerentur, quae valerentibus obessent, vel ingentes elemosynae, quae grava afferrent incommodum; peccator modeste rem debet exhibere Confessario, atque aptiorem conditioni suae poenitentiam exposcere.

Cum dicimus satisfactionem esse Sacramenti hujus partem integrantem, notandum est, nos loqui tantum de satisfactione reali, atque effectiva, vel ut clarius loquar de actuali exercitatione eorum operum, quibus vis inest satisfaciendi. Quod enim attinet ad voluntatem satisfaciendi Deo pro sceleribus contra illius majestatem patris, atque subeundi quascumque poenas ad hunc finem idoneas; certissimum est, hanc voluntatem poenitentiae aequae essentiali esse, atque Contritionem, cum hac voluntas in ipsa Contritione contineatur. Et sane concipi ne potest, aliquid vero dolore affectum esse peccatorum suorum, quin dolor hic excitet in eodem voluntatem satisfaciendi Deo pro peccatis contra eundem commissis? Haud ita sane; hoc perspicuum indicium est illum non tangi vera peccatorum suorum poenitentia, ubi non flagrat satisfaciendi cupiditate; atque probat, nos nequaquam odisse peccata, nisi velimus, severam exercere vindictam contra ea omnia, quae peccati fuerunt occasio, vel causa. Poenam autem, ut plurimum corpus ferre debet.

Saepe occurrit in praxi hac difficultas, eamque Casuista passim proponunt; utrum ad habitalem peccatorem absolvendum sufficiat, ipsum testari cupiditatem ad frugem redeundi, hinc utendi remediis, quae sibi fuerint praescripta. Theologi respondent, si inverteatus fuerit habitus, & peccator nunquam diligenter quaesiverit remedia, ut habitum hunc sibi auferret, vel praescriptis sibi remediis uti neglexerit, & in hoc statu nihilominus ad Sacramenta accesserit scelera sceleribus accumulans; dubium non esse quominus a Confessario neganda sit absolutio. Peccator quidem dicit se dolere, se vitam immutare velle, & pollicetur, se minime ea neglecturum remedia, quae sibi fuerint imperata: verumtamen hac perpetuo ille dixit quotiescumque ad poenitentiae Tribunal accessit; aliqui enim abolitionem affectum non fuisset, & nihilominus hos sermones, praecelas has promissiones nullus effectus excepit? quomodo igitur Confessarius fidem habere potest homini, quem in simili occasione nunquam praestitisse fidem cognoscit? Quid in hodierna promissione majorem fidem mereatur, quam in iis, quae praecesserunt?

Differencia inter dolorem, atque satisfactionem peccati.

Cum de Contritione, & poenitentia accidit sermo doloris, & detestationis peccati vocabula fere confunduntur. Verum sane est, haec duo in poenitentia nunquam separari: verumtamen, non deest discernere inter duplicem hunc animae sensum; quippe detestatio peccati proprie significat odium,

& horrorem, quem ex illius enormitate explorata concipimus, dolor autem est tristitia, & amaritudo cordis, quae ex hoc odio profecta in anima nascitur, quae se peccato sociatam cognoscit. Itaque patris sceleris dolor non aliud est, nisi effectus odii, quo illud persequimur; ideoque poenitentia, quae praesertim in Contritione consistit, consistit potius in dolore, quam in detestatione peccati, eo quod ipsa Contritio, ut pressius loquamur, in hoc ipso dolore consistit. Vere tamen cum S. Augustino dicere possumus, poenitentiam veram fieri ab odio peccati: *Poenitentiam certam non facit, nisi odium peccati, quia solum peccati odium hunc gignit dolorem.*

Ad mortalium peccatorum abolitionem recipiendam, opus est, ea omnia sine exceptione detestari, sive distinte ac singulatim, si memoria singula occurrant, sive generatim tantummodo, si menti praesentia non sint. Et patet ratio: peccatum, uti decet, vera poenitentia odisse, ac detestari, est illud odisse, quatenus Dei offensam est, & iniuria eidem illata, atque gravissimum malum, quo nos gratia, & amicitia Dei privat. Haec autem consideratio fundamentum invenit in omnibus peccatis mortalibus; omnia igitur aequae peccata odisse debet, & si alterum quidem detestari, alterum minime detestari cogites, hac distinctio palam offendit, te peccatum illud, quod odidisti, non odisse propter Deum; ideoque dolorem tuum non esse sensum poenitentiae. Dolor igitur universalis esse debet, & respicere omnia peccata, quae patris fuerint.

Sancti Patres Sacramentum literarum testimonio innixi haec habitaverunt crediderunt, Dei Filium sacerdotibus contulisse facultatem ab omni peccato absolventi. S. Ambrosius l. 17. de Poenitent. c. 2. adversus Novatianum, illi, inquit, putant, se hoc adversus Filium Dei dicentes ipsum unum peccatum deservire. Filio Dei dicentes ipsum Novatiani praedicant haereticos? sed tantum abest, ipsos JESU CHRISTO honorem delere, quod immo maximam eidem inferunt contumeliam. Nemo enim, idem addit, magis JESU CHRISTO dedecus adfert, quam qui subverteat vult ordinem ab ipso institutum, & auferre potestatem ab eodem Ministris suis traditam: namque postquam dixit ille in Evangelio: recipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis: ut magis remiseritis peccata, ut remittentur eis, ut Deum colit, illene, qui ejusdem verbo evertere, qui eidem adversatur, & id contendit evertere, quod ille sapienter instituit? Inquit Novatiani, Sacerdotes levita tantum errata dimittere, at Salvator, sequitur S. Ambrosius, nullam adfert exceptionem; pollicetur se gratiam hanc omnibus collaturum, & Sacerdotibus facultatem praebet ab omnibus peccatis absolventi, ne uno quidem excepto. Quid dici potest aperiunt?

S. Hieronymus de Sacerdotibus loquens: *Epist. 55. Hieronymus ad Heliodorum ait, illos, quemadmodum dicitur in Psal. 101. hoc animadvertit, quid Lazarus prodesse exit de sepulchro, nisi Apostolis diceretur: solvite illum, & hinc abire? cum aliquis dicitur peccatorum suorum duci poenitentia, jam resuscitatus est; cumque additur, illum consistentem aperire conscientiam suam, jam de tumulo egressus est, uti Lazarus, sed nondum solutus est. Quandoque solvitur, & a quibus? quidquid solvitur super terram, Salvator inquit, erit solum & in Coelis. Jure ergo a peccatis absolvere potest Ecclesia.*

Sanctus Chrysostomus Serm. 48. in ea Domini S. Chrysostomus verba, *quorum remiseritis peccata, remittentur eis: ubi nam, inquit, qui audent asserere, hominum non esse peccata dimittere? illa dimitte Petrus; hic magna cum hilaritate excipit Poenitentiam, atque in illos eam facultatem exercet, quam Sacerdotibus omnibus Deus largitus est. Idem lib. 3. de Sacerdot. c. 4. sententiam suam exprimita perpicuis verbis, ut nihil aperiunt optari possit. Solum apud Judaeos Sacerdotes corporis lepra curare poterant, vel ut magis proprie loquamur, illam jam mundatam esse potentiores tunc: possunt vero Sacerdotes longe potentiores tunc: possunt enim, non dico, mundatam pronuciare, sed re ipsa mundare lepra non corporis, sed Animae. Ideo, qui illos contempnunt, mea quidem sententia, longe nocentiores sunt, quam Dathan, alii*

De Sacerdoti potestate peccata remittendi in Poenitentia Sacramento.

SS. Hieronymus ad Augustini testimonium.

S. Chrysostomus.

que sceleris ejusdem participes. Ita loquitur Pater ille, quibus hac mens fuisse videtur in antecessum damnandi norissimum horum saeculorum hereticos, qui asserunt Sacerdotes non remittere peccata, sed declarare solum illa esse remissa.

Duo in Confessione Sacramento ad credendum difficilia videntur. Alterum est, quod hominibus adit facultas remittendi peccata; alterum, quod necessario haec illis confiteri debeamus, & citra hanc conditionem nos absolvi non posse. Hoc supposito contra nostri temporis Sectarios ita arguere possumus. Doctores, Praesulesque, qui primis illis temporibus florere cum omnibus populis, qui ab illis regebantur, duplicem hanc veritatem crediderunt: opus est igitur, ut Apostoli ita Ecclesiae primitivae Fideles eruderent, qui utramque tamquam fidei articulos crederent. Si enim post mortem Apostolorum homines sine nomine, sine carere conati fuissent veritates illas statuere, non desissent proculdubio inter tot fidelium millia in universam terram effusa, qui improbassent, atque impugnavissent doctrinam adeo recentem, atque inauditam, & complectentem res cum ad credendum adeo difficiles, tum ad observandum adeo incommodas: id genus novitas in Ecclesiam minime obrepisset, quin rumor fieret, quin plures reclamarent, totoque nifu eandem in ipsis incunabulis suffocarent.

Docet Ecclesia duplicem nobis esse viam, quae divinae justitiae satisfaciamus: alteram ordinariam, alteram extraordinariam, illam facilem, hanc difficilem, illam severitatis, hanc privilegii. Prima fit cum luminum poenam, quae vulgo post culpae remissionem remanet, austeram poenitentiam, corporis maceratione, precum fervore, & elemosynarum liberalitate. Altera est, quae divinae facimus satisfactio per affluentem JESU CHRISTI, B. Virginis, Sanctorumque satisfactiones, quae nobis applicatur auctoritate Summi Pontificis in Jubilaeis, & plenariis indulgentiis, quas nobis concedit.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Aestheticis, recentioribusque Concionatoribus laici hujus argumenti.

De Confessione utilitate.

Mnibus fere piis persuasum est, quidquid hoc tempore Sanctitatis, pietatis, & religionis in Ecclesia summo Dei beneficio conservatum est, id magna ex parte confessioni tribuendum esse, ut nemini mirandum sit, humani generis hostem, si dem catholicam funditus evertere cogitantem per ministros impietatis suae & Satellites, hanc veluti Christianae virtutis arcem totis viribus oppugnare conatum esse. Profecto haec Sancta consuetudo non solum utilis est ad pietatem servandam, verum etiam maxime prodest ad vitae societatem, & conjunctionem fovendam. Constat enim, si Sacramentalem Confessionem ex Christiana disciplina eximeris, plena omnia occultis, & nefandis sceleribus, futura esse, quae postea, & alia etiam multo graviora, homines peccati consuetudine depravati palam committere non verentur. Etiam consistendi verecundia delinquendi cupiditatis, & licentiae tamquam frantum iniecit, & improbitatem coarctat. Desumptum ex Tridentini Concilii Catechismo tractatu de Sacramento Poenitentiae.

Frequens esse debet Confessio; etenim cum aliquis mortifero scelere urgetur, nihil ei magis salutare esse potest ob multa, quae impendent vitae pericula, quam statim peccata sua confiteri. Nam ut sibi quique diurnum vitae spatium polliceatur, atque profectio est, cum in eluendis corporis, aut velisio foribus, tam diligentes sumus, non eadem saltem diligentia curare, ne a nimis splendor turpissimis peccati maculis obfolescat. Idem.

Duo sunt Tribunalia, coram quibus prodire debent peccata nostra; alterum Poenitentiae, alterum generalis Iudicii; si coram primo ea detexerimus, non produbunt coram altero. Horum alterutrum evitari non potest. Elige quod mavis, & ne in electione fallaris, utrumque simul conser. Rubor ille, quo in Confessione suffunderis, levis est; detegis peccatum tuum Confessario, prudenti, aequo, misericorditer, qui ruborem tuum, quantum potest, imminuit, qui tibi abolitionem imperat, qui tibi Celum aperit. Sed in Iudicio qualis erit Confessio? peccatum tuum non uni tantum; sed toti Mundo revelabitur; non uni, qui tui miseretur; non uni, qui te conforatur; sed hominibus, qui te cum damnabunt; atque in te exprobrationes ejaculabuntur; amicum prodidisti, coniugi, quem detestasti, innocenti, cui calumniatus es, & cuius existimationem pessum dedisti. Si te pudet detegere modo peccatum tuum, quid non erit in Iudicio, ubi latebras invenire non poteris, ac temet ostendere supplicium erit non ferendum? Quo te recipies? quid fiet hae lingua, quae loqui nolerit, quid vultus, qui tam belle distulaverit? nonne tunc montibus dices, ut super te decidant, & concipiscas, sed frustra, tellurem hircere, ut in Inferno te ipsum abscondat? Modo te ipsum confites, confusionem hanc praevertere potes, & efficere, ut haec in Damnonem ejusdem auctorem relabatur. Auctor Sermonum Christianorum. Sermon de defectibus Confessionem inuitem effluensibus.

Scis te mortali peccato inquinatum esse inimicum Dei; & odii, iraque eisdem obiectum; quomodolibet illius pondus sustinere potes, & vel uno temporis momento in hoc statu permanere? quomodo minime extimefcis ea, quae hanc securitatem sunt, aeternam videlicet calamitatem? Tu vero hoc in statu non momenta, non dies, fed annos integros, & lustra veraris! cum scias non deesse rationem leniendi Supremum hunc Dominum, hanc vero rationem aequae tutam, ac facilem esse, videlicet Confessionem; requiri solum, ut scelera tua confitearis ad obtinendam veniam, atque temeripsum justificandum: cum scias ipsum Deum hanc tibi rationem offerre, ac invitare te, ut eam utaris; deliberas adhuc, utrum eadem uti debeas, epusque usum integros annos disers, neque redis cum terribili hoc hoste in gratiam, neque evitara contendis ira omnipotentis effectus? Ullane hac major excogitari dementia potest? Haec tamen omnium eorum dementia est, qui mortalibus inquinati sceleribus ad poenitentiae Sacramentum accedere tergiverfantur. P. Nepveu in Considerationibus Christianis tom. 2.

Confessio non est humanum inventum, sed divina institutio. Profecto si hoc iugum adeo molestum est, & si JESUS CHRISTUS hoc nobis minime imposuit, comprehendere ne possumus homines temporis decursum passos fuisse, ut adeo se vera lex sibi irrogaretur ab aliis hominibus, quin hoc testatum reliquerent, quin contra similem innovationem reclamarent, quin quaererent? De hac re Concilia verbum minime fecissent, ne meminissent historiae, & res tanti momenti silentio fuisset involuta? Verum igitur est, quandoquidem nullam videmus adfuisse tempus, ubi post JESUM CHRISTUM in Christiana Religione confessionis usus inceperit, a JESU CHRISTO eandem fuisse institutam, & nos illam ab eodem recepisse: Quorum remiseritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Joann. 20. Auctoritas Patris Girouli Sermon de Confessione.

Si in humana iustitia ad scelera veniam obtinendam satis esset ea pacifacere, nullum esset carcerum opus, nec tormentorum: nemo enim nocens tantulo impendio Iudicium gratiam obtinere non vellet. Cum Princeps aliquis vir, S. Chrysostomus inquit, Iesus fuit, quae morae, quae ambages, quae negotia, quae submissiones ad illius iram flectendam! anendum est ut furor paulatim deservercat; nondum tempus est illum alloquendi, omnia caute gerenda sunt. Illi obsequio, auroque flectantur, qui Principi adstant, & apud eundem quaeritur clientela, nec non caro emittit pretio Opimatis illius testimonium, qui causam nostram dignetur suscipere. Interim labuntur anni expectando, & nonnumquam etiam nequiquam expectando; sed in iustitia Divina coram Deo, coram magno hoc, supremoque Domino, dicam melius, coram hoc leni, suavique Domino tantum expectandum non est. In illum confide, ubi volueris, ad illum confugere potes; nullo interprete opus est, nisi vel primo, qui tibi fuerit obvius, Sacerdote; non alio sumpto, nisi dolore anime tuae, & aliquot oculorum tuorum lacrymulis. Imo etiam qui oculi plerent, satis est, si cor dolore afficiatur, ac se se per eos patefaciat. Idem.

Poenitentiae Sacramentum remedium est, quod adeo tuto, atque celeriter operari non potest, quin modicum aegrotum vexet; verum si vexat, qui nocatus aliquis exerendus est, hic labor fastidii superque ea pensatur unctio, quam Deus efficit in animam, & ea quiete, qua Deus illum perfundit.

Confessio non ab hominibus excogitata, sed a J. C. instituta.